



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Aloysius Gonzaga Soc. I. C. 21. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

346 *Vita Sanctorum.* 21. IVN.

non sine miraculo nuntiarent. Visa enim est precanti HEMMINGO puella è nube lucidâ librum apertum orbi porrigerere, & vox ad aures ejuscemodi allapsa: *Nata est Birgero filia, cuius admirabili voce universus mundus personabit.* Sed & ipse HEMMINGVS pro concione faxa mollire, & ad DEVVM feros animos voce suâ trahere, & jam Regibus etiam ac Pontificibus reprehensione aures vellicare; omnes interea orationes incipere à VIRGINIS laudibus, & suis scilicet finire. Temporis avarus ad verba otiosa mutus adfuit, ad epulas vero Tantalus. Pro oculorum portis excubabat, ne has ulla foemina visa subiret, erantque tam sanctis vigiliis tessera illa verba è sacris nostris: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Inter preces sàpè aliò, moriens denique inter easdem in cælum est abreptus. *Ex Vita Aquil. Vastovii.*

B. ALOYSIVS GONZAGA
Soc. I. C. 21. Iunii.

M

Oriturus ALOYSIVS nascendo
Merat, si non parienti matri Mater
MARIA affuisset. Inter prima ejus verba IESVS & MARIA feruntur, boni
ominis. Puerulus etiamnum in singulis
scalarum gradibus scalam cæli MA-
RIAM salutavit. Hujus horas quotidie,
Sabbatho etiam jejonus dixit. Ad hujus
effi-

IVN.
sa e-
uella
orbi
nodi
s ad-
sona-
con-
feros
Regi-
nsio-
ora-
bus,
varus
oulas
s ex-
fub-
ffera
culos
eces
eas-
Vite

GA
ndo
ater
ver-
oui
ulis
IA-
die,
uijus
effi-

xx. IVN. *Vita Sanctorum.* 347
effigiem, quam Florentia ANNVENTIATÆ titulo colit, florem virginitatis consecravit, semper dum vixit, intatsum, quia HORTO CONCLVSO commiserat. Interim catenas flagelli, calcaria cilicii loco, quamvis currenti sponte, corpusculo admovebat, victus vix unciam appendebat, fœminarum & chorearum hostis, Imperatricem, quam tres annos quotidie adibat, nunquam aspexit, precibus tam ubique addictus, ut loqui eum angulis dicerent, rectius Angelis dicturi. Ajebat frequenter: *Non videre se, cur non mortales omnes religioni se manciparent.* Et certè Senis cùm ad Sodales Marianos diceret, bene multis id persuasit. Ipse, cùm ASSVMPTÆ VIRGINIS die illa è cælo audisset, Societatem IESV ingredere; post longas cum patre pugnas, MARIAE IESVM junxit. Hunc, quoties studeret, in genua provolutus vocare; hunc sub panis velo latitantem ante & post ludum literarium salutare; sacrificiis quinis senisve Minister assistere, ad conspectum HOSTIAE lacrimis manare; cùm verò eo epulo frueretur, inundare etiam. Itaq; nullius noxæ gravioris sibi conscientius Angeli nomen meruit; ut terra cælum dici posset, si plures Aloysios haberet. Ex Virg. Cepario.

SS. ACHA-

